Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Diurnale chori Sive Horae diurnae Breviarii Romani

[S.l.], 1745

Duae Tabellae Ex Rubricis Breviarii excerptae

urn:nbn:de:bsz:31-139978

Visual Library

e	21	S. Thomæ Apoſt. dupl. 2. cl.
f	22	
g	23	
A	24	Vigil. Nativit. Domini.
b	25	Nativit. D. N. J. Chriſti dupl. 1. cl. cum oct.
c	26	S. Stephani Protom. dupl. 2. cl. cum oct. comm. oct. Nat. Dñi.
d	27	S. Joan. Apoſt. & Evang. dupl. 2. cl. cum oct. comm. octavar.
e	28	Ss. Innocent. Mm. dupl. 2. cl. cum oct. comm. octavar.
f	29	S. Thomæ Cant. Ep. & M. ſem. comm. octav.
g	30	De Dominica infr. oct. Nativit. Domini ſem. comm. octavar.
A	31	S. Silveſtri P. & Conf. dupl. mi. com̃. oct.

DUÆ TABELLÆ

Ex Rubricis Breviarii excerptæ.

IN quarum prima ſtatim videri poterit, de quo celebrandum erit officium, ſi plura eodem die Feſta occurrant.

In ſecunda verò, quomodò officium præcedens concurrat in veſperis cum officio ſequentis diei.

Ex utraque Tabella hoc ordine reperietur, quod quæritur.

Primùm inveniatur numerus poſitus in quadrangulo illo, in quo Feſta, de quibus eſt controverſia, ſibi invicem occurrunt. Deinde legatur Regula juxta dictum numerum deſcripta, & ex ea clarè videbitur, quid ſit agendum.

Exempli gratia. Quadrangulus, in quo ſibi invicem occurrunt duplex primæ claſſis & Dominica primæ claſſis, erit, qui eſt in angulo Superiori primæ tabellæ, in quo ſignatus eſt numerus 1. quia ſi ad eum tam duplex, quam Dominica prædicta ex eorum locis recto tramite pergerent, in eo ſibi invicem occurrerent. Regula autem juxta dictum numerum appoſita ſic habet: 1.

Tranſlatio de Primo, officium de ſecundo. Id eſt, duplex primæ claſſis prædictum transferatur, & officium fiat de Dominica primæ claſſis: quia cùm in his Regulis dicitur, de *primo ſeu præcedenti*, intelligitur de Feſto in ſuperiori parte tabellæ appoſito, ùt duplex prædictum: cùm *de ſecundo vel ſequenti*, de Feſto inferiori parte ſub numeris appoſita, ùt Dominica prædicta.

In aliquibus autem quadrangulis nullus appoſitus eſt numerus, vel quia nullus occurſus neque concurſus eſſe poteſt; vel quia in propriis locis annotatur in breviario, quid ſit agendum.

Scire tamen oportet, quæ ſint duplicia primæ & ſecundæ claſſis, & majora per annum, & quæ Dominicæ, & feriæ majores dicantur.

DUPLICIA
Primæ Claſſis.

IN quibus nulla fit comemorat. Quorumcunque Feſtorum occurrentium, niſi prout in Rubricis.

Nativitas Domini.
Epiphania Domini.
Paſcha Reſurrection. cum tribus antecedentibus, & duobus ſequentibus diebus.
Aſcenſio Domini

Pente-

Pentecoſtes cum duobus ſequentibus diebus.
Feſtum Corporis Chriſti.
Aſſumptio B. Mariæ Virg.
Nativitas S. Joan. Baptiſtæ.
Feſt. Ss. Apoſt. Petri & Pauli.
Feſtum Omnium Sanctorum.
Dedicat. propriæ Eccleſiæ.
Dedicat. Eccl. Cathedr. Diœc. ſine oct.
Patronus vel Titulus Eccleſiæ.
Patronus Diœceſ. Civitatis ſeu loci.

DUPLICIA
Secundæ Claſſis.

IN quibus de ſimplicibus fit commemorat. In laudibus tantùm.

Feſtum ſanctiſſimæ Trinitatis.
Circumciſio Domini.
Feſtum Ss. Nominis JEſu.
Inventio ſanctæ Crucis.

Purificatio, Annuntiatio, Nativitas, Conceptio } B. Mariæ Virg.

Dedicat. S. Michael. Archang.
Natalitia undecim Apoſtolor.
Feſta Evangeliſtarum.
S. Stephani Protomart.
Ss. Innocent. Martyrum.
S. Laurentii Martyris.
S. Joſephi Sponſi B. M. V.
Ss. Angelorum Cuſtodum.
Feſt. Patrocin. S. Joſeph. Sponſ. B. M. V.